



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De bona societate cum Iesu, & sanctis eius. XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

men non despero, nec desperabo de venia & misericordia tua;
quamuis s̄epius cado, & grauor in meipso ex infirmitate mea.
Non cesso, nec cessabo à laude tua in vita mea: sed laudabo & ma-
gnificabo te, donec ad te perueniat (o Deus) anima mea. Nam te
semper laudare & super omnia amare, summa felicitas est Ange-
lorum & beatorum in patria.

CAPVT XXXIII.

De bona societate cum Iesu & Sanctis eius.

1. **Q**uartite Deum, & vivet anima vestra. Nihil melius, nil animæ Psal. 68.
felicius. Qui aliud querit, nihil in fine obtinebit. Si ergo Iesus vbi
vis habere bonū secum pro solatio, quere Iesum cum pastoribus querendus
in præsēpio; aut cum sanctis Magis in matris gremio; aut cura Luc. 1.
Simeone & Anna in templo; aut cū Martha in castello; aut cū Mat. 2.
Maria Magdalena in sepulchro; aut cū Apostolis in cœnaculo, Luke 2.
ad accipiendum Spiritum sanctum cum magno gaudio. Beatus, Luke 10.
qui in his & alijs sanctis locis Iesum deuotè querit, non corpore, Ioan. 20.
sed spiritu & veritate. Beatus, qui in omni loco & in omni tēpore Att. 10.
Iesum intimè querit, & magnis desiderijs ad eius claram visio-
nem & præsentiam anhelat, & quotidie se præparat. Beatus, qui
Iesum in vita sua per passionem & crucem sequitur; quia in extre-
mis bene ipsi cum Iesu erit, & ab auditione mala non timebit.

2. Non solum Iesum quere, sed etiam discipulos Iesu, & omnes
diligentes Iesum, & qui patienter ferunt aduersa propter Iesum.
Amor namque Iesu & amicorum eius mundum spernit, & omne
vanum & impurum longè à se repellit. Relinque ergo amicos, &
notos, ac sodales extraneos, qui in solitudine & deuotione te im-
pedire possunt; & quere pro singulari solatio tuo in secretario
cellæ, familiaritatem cum sanctis Apostolis & cognatis Iesu; vt Familiari-
loquuntur tibi de regno Dei & statu aternæ beatitudinis: & quo tas & con-
modo per multas tribulationes possis ad eorum societatem per- suetudo Sanctorū
uenire. Accede autem ante omnes sanctos & sanctas, cœlestis cu- ambienda-
riæ ciues, ad secretum tabernaculum atque oratorium beatæ Ma-
riae virginis, à seculi turbis remotum, & quere ibi solatum animæ
tuæ, precibus insistendo.

3. Audi, quomodo Angelus Domini cum Maria loquitur, de
incarnatione Christi & redemptione generis humani. Felix dies
& beata hora, si poteris ibi facere moram cum Angelo Gabriele
& beata virgine Maria, audiendo ab eis mysteria cœlestia. Credere
firmissimè omnia esse vera per Angelum Mariæ nunciata, sicut
Maria credit Deo, & Angelo eius sibi missa de cœlo. Deinde, Ioan. Bap-
quere diligenter Ioannem Baptistam, præcursorum Domini no- tista.

str.

stri Iesu Christi, in eremo latentem, & flexis genibus saluta cum
deuotissimè supplicando: Ave sanctissime & dilectissime amice
Iesu Christi Ioannes. Multa bona & magna mirabilia audiuide
te, quam sancte & miraculosè sis natus: quam stricte & religiose
fueristi à puerō in solitudine conuersatus, ne leui saltē famine
aut cogitatione peccares.

4. Quare ab eo, quamdiu ibidem solus manserit: & manus
cum eo, quantum placet, & tempus permiserit. Disce ab eo, quid
comederit & biberit, & quis ei necessaria ministraverit; vtrum
pater eius & mater aliqua ipsi miserint, & quandoque ad eum ve-
nerint, vel ipse ad eos videndos exierit; An etiam sanctus Ange-
lus Gabriel ad eum quandoque descenderit, & multa secreta ei re-
uelauerit; Et an Iesus ei personaliter apparuerit, & manus eius
confortauerit, sicut scriptum est in Euangelio: *Etenim manus
Domini erat cum eo. Quicquid de istis sit, totaliter Spiritui sancto
committe; qui ipsum impleuit, docuit, & erexit, & totam vitam
eius virtutibus ornavit, & usque ad exitum vitae, in eremo & inter
homines, & in vinculis & in carcere custodiuuit, & tandem cum
martyrii palma animam eius suscepit.*

Lucas. I.

Petrus.
Act. 3.

Paulus.

2 Cor. 12.
Phil. 3.

1. Cor. 2.

Andreas.

Jacobus.

Ioannes
Euang.

5. Deinde ad Apostolos Christi procede, & quare sanctum Pe-
trum: & vade cum eo in templum ad orandum: vel etiam in coena-
culum ascende, ad accipiendum Spiritum sanctum. Quare etiam
Paulum in Damasco & in Epheso, & vade cum eo per omnia ad
prædicandum Euangelium Christi, non in corpore sed in spiritu.
Ecce quomodo plus omnibus laborat; & quam saepè orat, & quam
frequenter in orando & contemplando rapitur per excellum in
caelum. Sublimis volatus iste non omnibus datus & tamen ad ima-
descendens dicit: *Ego non arbitror me comprehendisse. Et iterum post
alia, ad instruendum humiles in vita & in passione Christi, ait:
Nihil arbitratus sum me scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc
crucifixum.* Sequere sanctum Paulum, & ducet te recta via ad
Christum, & per crucem ad celum.

6. Vade ulterius, & quare Andream Apostolum in Achia par-
tibus prædicantem Christum, & audi verba pendentis in cruce
pro Christi nomine. Signa ea in corde tuo, & stude implere cum
gaudio, inspirante & invante Spiritu sancto, quæcumque lo-
quitur de passione Christi, & sancte crucis laudibus. Quare
consequenter sanctum Jacobum maiorem, passum, & occi-
sum ab Herode, & bibe cum eo calicem passionis huius misera-
bilis vite, patienter tolerando dolores pro amore Dei, & anime
tuæ salute.

7. Deinde procede, & quare Ioannem Apostolum Christo di-
lectum, & pro nomine Iesu in exilium relegatum, ab omnibus se-
culatis.



diligentes, Deum negligentes, & in terrenis bonis & honoribus ac laudibus finem suum & felicitatem constituentes. Qui (hec Deus) propter hæc habenda, augenda, & seruanda currunt, labo-
rant, studeant, vigilant, & ferè nunquam quiescent, nec solicitati-
cessant, donec aliquid acquirant. Et cum acquisierint, sive re-
stum sive indirectum fuerit, adhuc non contentantur: sed ad al-
tiora scandere & gloriari super cæteros concupiscunt, & intume-
scunt; doctos se iactant, magnos se æstiment, & ab alijs honorati
affectant. Et tamen totum est vanum, lubricum, & nihilum; & fi-
naliter periculoso & perditum, quod querunt & cupiunt.

2. Certè erratis & vosipso decipitis, quibus mundus adhes-
dulcis est, & iucunda vita præsens, quia nil certi habetis de om-
nibus bonis vestris, & quotidie morti & iudicio Dei futuro pro-
pinquatis. Nihil enim est in hac vita ita iucundum, quin habet
liquid amaritudinis aunexum. Nil in creaturis tam preciosum &
bonum & delectabile, quod possit animam hominis satiare &
beatificare, ab omni malo eripere, & omni bono replere, & sem-
per lœtificare: nisi solus Deus, summè bonus, æternus, & imme-
sus. Hic est creator omnium rerum, visibilium & inuisibilium,
angelorum & hominum; qui est ante omnia, & super omnia, & in
omnibus Deus benedictus in secula.

3. Quid enim dignè de Deo dici potest aut cogitari, ab ali-
qua creatura in cælo & in terra? Excedit namque Deus omnia,
ante cuius oculos omnia videntur vana & nulla. Ideo fatua est
omnis anima, & permanebit semper egena & misera: quæ extra
Deum aliqua querit & diligit, quæ à dilectione & honore Dei
mentem separant. Magna & mirabilia opera tua Domine; & co-
gilate, & perscrutari singula, non est mihi, nec alicui creatura
possibile.

4. Quid igitur faciam, quia non possum altiora capere, necl-
ercta cælestia penetrare, neque cum angelis faciem Dei mei con-
templari? Indignum me fateor tantis bonis frui, & cum Sanctis in
cælo conuersari. Ideo me semper humiliabo & despiciam coram
Deo & omnibus hominibus, quamdiu fuero, & ero vilis in oculis
vici; ut Deus misereatur mei peccatoris, nunc & in omnibus
horis. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine anima-
me, quibus iram merui, & placabo in gemitu & fletu Deū, quem
ostendi sapientis verbis, factis, visu, auditu, & cæteris sensibus me-
is: quos mihi ad seruendum sibi dedit in toto corde meo, quam-
diu in corpore viuo: Sed ne desperem & deijectar in malis meis,
recordabor (Domine) omnium bonorum tuorum, & omnium
misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt; donec ad te, auxi-
liante gratia tua, merear saluus peruenire. Libera me ab omniib[us]

folia 38.

182

